

De uteri suffocatione. Superiorum jussu, pro doctora medica, in almâ Rauracorum Universitate, solemnibus loco, horis publicè disputabo ad diem 26. Martii, an. M DC LII / Hermann Kaufmann.

Contributors

Kaufmann, Hermann.
Universität Basel.

Publication/Creation

Basileae : Typis Georgi Deckeri ..., [1652]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ahju2wcp>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

HERMANN KAUFMANN.

20

De

UTERI SUFFO-
CATIONE.

SUPERIORUM JUSSU.

Pro

DOCTURA MEDICA,

In Almâ Rauracorum

Univerſitate,

Solemnibus Loco, horis

Publicè disputabo

Ad diem 26. Martii, An. M DC LII.



Præstantiss. et Doct.
Dr. N. Reustlium
Medicin. Candidat.
ad Disquisitionem
Theſ. officiosè invito
Respondens.

BASILEÆ, Typis GEORGI DECKERI,
Univerſitatis Typographi.

FRANZ ANTON MAYER

1800

UTTERI SIMPLIO

CALCULUS

SCIENTIFICUM

PRO

DOCTORATA MEDICAE

IN UNIVERSITATE

BOHEMICA

BRUNNENSIS

PROBATA

ANNO DOMINI MDCCC



Printed by Georgi Buchner

Universitäts-Druckerei

Prælide D E O.

1. Uteri Suffocatio à potiori Symptomate dicitur;
2. Per excellentiam Morbus Uterinus.
3. Flatuosa quoq; Refrigeratio.
4. Apprimè quædam Syncope.
5. Nec ineptè Aegritudo Epilepsia similis.
6. Symptoma est læsæ Actionis, ejusq; depravata.
7. Qui Obstructionibus accensent, libertate fruuntur.
8. Aliis Morbus in situ est.
9. At verò qui ad Septum transversum Uterum ascendere autumant, ineptiis Obstetricum abblandiuntur;
10. Quibus & suppetias eunt pejusculè habentis absurda phantasmata:
11. Nec tamen sola retractio sive equaliter facta, sive inæqualiter, sibi vendicat principatum,
12. Quin sæpius abest.
13. Subjectum Uterus est, tam ratione fundi sui, quàm ligamentorum.
14. Nec vasa præparantia & venas arteriasq; hypogastricas hùc propagatas excluderem.
15. Nec testes juxtà cum tubis;
16. Quibus cervicem & vaginam annumero.
17. Et fibris, quæis subtùs intestino recto, suprà autem alligatur vesicæ, sua competit læsio.
18. Caterùm sinister sex rerum non naturalium usus heic multum potest.
19. Totius Corporis aut Uteri Intemperies plerumq; antecedunt.
20. Frigidæ tamen non solùm adstipulor,
21. Quippè & Calidæ sua stat violentia,

22. *Id quod Inflammatio probat.*
23. *In Febri semitertianâ observatus est dictus Adfectus.*
24. *Pariter se habet de humidâ, siccâ.*
25. *Hymenis occlusio præpedit excernenda,*
26. *Ut & oris Matricis distortio, callus.*
27. *Paucis, omnis angustia & viarum obstructio.*
28. *Vermes in Utero eandem Tragædiam excitant,*
29. *Nonnunquàm Lapis,*
30. *Secundina relictæ,*
31. *Lochia retenta diutius,*
32. *Mole variæ species, cum primis sanguinea,*
33. *Flatuum copia,*
34. *Fœtus mortuus, isq; putridus,*
35. *Partus cum magno labore eluctans,*
36. *Nec non Abortus,*
37. *Absurdus Pregnantium Appetitus,*
38. *Fluoris muliebris adstringentium ope celerior suppressio,*
39. *Mammarum resectio,*
40. *Seminis (in quibus est) protracta retentio,*
41. *Ita & sanguinis menstrui; quæ apud quosdam palmarium obtinet:*
42. *Istos tamen experientia aliquoties elusit;*
43. *Nimirum quibusdam nondum Mensium fluxum secundum naturam expertis, hoc mali accidit,*
44. *Aliis quæ utuntur Venere,*
45. *Quibusdam quæ benè fuerant purgatæ,*
46. *Quid? quod etiam Aniculis, quibus periodica evacuatio secundum naturam substiterat.*
47. *Virgines tamen florentis ætatis & Viduæ corripuntur plurimum.*

48. Hemorrhoidum retentio quid valeat in aprico est.
49. Steriles, præcipuè ex partu sæpè dictâ tyrannide quasantur.
50. Alii virulenti humores etiam culpæ arguendi.
51. Vapor pravus, atque venenosâ proprietate cor cerebrumq; impetens proximus Symptomatum author.
52. Lassitudo totius corporis, inprimis tamen crurum, incedendi inducit impotentiam;
53. Huic haud rarò comes it narium partiumq; sub oculis dolor.
54. Sæpè affligit capitis gravitas.
55. Sæpius facièi pallor cum aspectu tristi conspicitur;
56. Fuerunt tamen suffusæ genas roseo colore.
57. Ob torminum frequentiam sese frequenter incurvant.
58. Adest cibi fastidium, quod quandoq; ventris rugitus sectatur.
59. Nauseam rarò excipit vomitus;
60. Qui, si succedat, fervidus & acris est;
61. Hujus ad breve tempus remissionem subsequitur capitis colliq; dolor.
62. Nonnunquam vomunt acidam pituitam.
63. Stupescunt dentes.
64. Os tenui sputo impletur cum crurum refrigeratione;
65. Quæ tamen sæpius totum corpus occupat.
66. Hic frigus tam positivum quam privativum obesse potest.
67. Animi deliquia modo repetunt, modo longius perseverant.
68. Variè vibrant artus.
69. Interdum sola crura convelluntur.

70. *Aliquando spuma in ore apparet.*
71. *Stertor difficilis eliditur è faucibus.*
72. *Dentes strident, quin conseruntur.*
73. *Vesica dolet cum suppressione urinae.*
74. *Oculis offunditur caligo.*
75. *Ventriculum quatit fortis vellicatio.*
76. *Rectà à ceruice spirant.*
77. *Viscerum incendio sitis ingens copulatur,*
78. *Cui crebra respiratio adjuncta est.*
79. *Furore Uterino quandoque in desperationem aguntur, ut in puteos prosilire velint;*
80. *Imò saepè ita vexat insania, ut vulgus istas à Dæmone agitas putent.*
81. *Aliquando garrulitate strepunt.*
82. *Timor & tristitia observantur frequentius cum majori respirationis lesione.*
83. *Tempora in quibusdam vehementer pulsantur.*
84. *Sæpiculè profundior sopor omnes sensus ligat.*
85. *Quin in summo vigore, sine pulsu, sine respiratione nullà jacent quasi facta functæ.*
86. *A mortuis qui semper per sternutatoria discernere velit, fallit & fallitur.*
87. *Speculum tersum ori adpositum Prognostico de vitâ scribit dicam.*
88. *Spes declinationis affulget, cum sensus & motus redeunt, malisque solitus color.*
89. *Ut sudor frigidus & lentus ferè letho adscribit, sic frigidiusculus per totum corpus fusus salutem spondet.*
90. *Ex natura agro fluens humor non semper semen est.*
91. *Cordata Medentum industria certum accessionum ordinem non audet statuere,*
92. *Sanè nec durationem.*
93. *Vespillo-*

93. *Vespillonibus delicias faciunt, qui ante diem tertium luridi cadaueris emulas humari satagunt.*
94. *Ligaturæ à femore ad malleolos profunt.*
95. *Friktiones infra umbilicum fiant per manus oleo spicæ inunctas;*
96. *Dolorificas etiam in partibus infernis laudo.*
97. *Asaætida & Sabinae ol. stillat. commodum præstabit suffumigium.*
98. *Succini fumus sæpè ad miraculum excitat.*
99. *Cimices ad mendicas relego.*
100. *Zibethum cum styrac. calam. facile dominatur intrauterum indendis.*
101. *Enemati acriori Audaculi scoriam Antimonii incoquunt.*
102. *Emuls. ex sem. Pæon. cum. Aq. Sambuc. facta, cui aliquot granula Extr. Castor. indita sint, opitulabitur egregiè.*
103. *Ceratum de Galbano imponendis imponendum.*
104. *Cucurbitula sicca infra umbilicum posita strenuè discutiunt.*
105. *In succulentioribus approbo etiam scarificatas.*
106. *Plethoricis vel in paroxysmo secanda vena.*
107. *In defectu virium substituerem crurum scarificationes.*
108. *Hirudinibus interdum datur locus.*
109. *Non suaderem vomitum nisi elapsa accessione.*
110. *Asarum vi suâ emeticâ spoliatum cum Bryoniâ dejicit album.*
111. *Decoët. CC. attenuationi inservit.*
112. *Præservationis gratiâ fonticulos religiosè inu-
rerem.*
113. *Ab Aquiloniâ tempestate sibi caveant;*

114. *Idem*

114. *Idem statutum esto de Sirii squalore.*
115. *Aqua nive refrigerata insigniter nocet.*
116. *Vinum quandoque concedi potest.*
117. *Nec Acida semper proscribo.*
118. *Fungi lautè preparati debentur fimeto.*
119. *Gula vestra ne parentet Cochleis.*
120. *De Salmonibus securus sum quòd brevi fastidium
ciebunt.*
121. *Contentiori Motu nolite vos defatigare.*
122. *Ne tamen nimia quies officiat, sexui vestro deco-
rum applicate exercitium.*
123. *Et si nihil prohibeat, patimini, quod avidius quàm
panem plerq₃ appetitis.*

Tantillum !

